UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 21. Sessio ad quartam Februarii diem præstituta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-66653

Visual Library

Sæcul. XVI. A.C. 1563.

Gallos viciſſim cum Hiſpanis de aliis argumentis conventuros.

## §. XXI.

### *Seſſio ad quartam Februarii diem præſtituta.*

*Pallav. n. 5. Sarp. l. 7. pag. 637.*

Denique Legati hæc ſignificabant: „in quadam Congregatione die decimo quinto Januarii habita ex unanimi omnium conſenſu fuit præſcripta Seſſio ad diem quartam Februarii, ſimulque ibidem ſtatutum, ut a nobis aliqui deligerentur ad conficiendum reſidendi Decretum: habemus enim in animo, duos Cardinales, Lotharingium, & Madrutium Tridentinum eligere; quia hic tametſi juvenis, præditus tamen eſt ingenti rerum peritia, prudentia, ac ſingulari in Pontificem ſtudio. Huic epiſtolæ, quæ Pontifici parum accepta erat, adjungebatur altera, in qua eidem Legati Synodi faciem penitus eſſe mutatam ſignificabant.

## §. XXII.

### *Gallorum cavillationes contra decretum, & Canones.*

*Pallav. n. 6. & 7.*

Enimvero eadem die Lotharingius Cardinalis Paleottum ad ſe accerſens, eundem his verbis allocutus eſt: „non potui quantavis adhibita diligentia, Gallos Præſules, & Theologos eo indu-